

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXLVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CXLVII.

EXCERPTA EX EMICONIS COMITIS LEININGENSIS
LITERIS AD HEINRICUM ARGENTINENSEM EPISCOPUM,
QUIBUS SELSAM SE A MARCHIONE PIGNORIS
NOMINE SUSCEPISSE ASSERTIT.

A N N O M C C L X V I I I .

Ex Wenckeri appar. & instructu archivorum. pag. 178.

Venerabili Domino suo & precordiali Domino suo Episcopo Argentinensi. E. Comes de *Liningen* debite fidelitatis obsequium semper promptum. Noverit vestra pietas, me memorie reduxisse, quod vos, Dominus meus Spirensis, & Dominus de Fleckenstein, muros & fossata Civitatis Selsensis destruere & complanare promissistis, & deinde domos & homines ibidem residentes defendere & tueri. non defendistis, immo ipsam Civitatem funditus destruere permisistis. & quia videbatur michi quod ipsam impune curaretis, ad petitionem militis de Bannacki, *ratione cujusdam pecunie a Marchione sibi persolvende eam suscepi nomine pignoris*, hoc modo ipsam promittens defendere & tueri. non credebam hoc vestre gratie displicere. sed si, quod absit, contra vos in hac parte aliquid adtemptum, ad vos breviter veniam, & omnia sinistre adtemptata revocabo & emendabo totaliter, juxta vestre beneplacitum voluntatis.